

## Exemplum regii mandati Sigis. Aug.

<sup>procius Joach. Merle 3. libry rigidi Lutherani, quos Flaccianos vocant</sup>  
<sup>abj in Prussiae na byp aegioris</sup>  
 Verfertur ad nos, quendam ex rigidis Lutheranis quos Flaccianos vocant, Joachimum Merle juxta cognomen suum fabulosos quosdam articulos Braunschweigae seu in nostras Prussiae terras importasse. Quod quamvis ab illo factum esse nonnulli negare dicantur, tamen ex fide dignis hominibus ita se rem habere cognovimus et quoniam alius harum fabularum author nullus profertur, ut quod nobis renunciatum est falsum esse credamus, adduci non possumus nisi quis alius repertus fuerit, per quem illos primum spargi coepisse constare possit. Quamobrem hortamur Illes vestras et ejs mandamus ut in authorem harum fabularum diligentius inquireant, et si nullumquam suum reperire poterint, meritum hunc cum suis istis fabulis ex Prussiae terris facessere jubcant. videtur enim is nihil aliud, quam quosdam contra nos motus excitare velle nec facile nobis quisquam persuasent, quod ab alio praeter ipsum haec fabula profecta sint, nisi quis alias earum author indagatus fuerit cum praesertim ea re non contentus etiam libellam quendam Regiomonti mandandum typis curaverit, quo suis interdicit, ne cum Christianis, quos seipsum vocat commercium ullum habeant. Cum autem et nos papistam, hoc est, Christianum esse nos profiteamur, quandoquidem juxta morem a majoribus nostris Poloniae rebus observatum, quem etiam nunc, et ab alijs Christianis regibus omnibus et ab ipsa caesarea majestate retineri videmus Pontifici Romano tanquam Christi vicario, studium et obsequium nostrum dicavimus. Quid aliud is, quam a nobis hominum voluntates alienare velle videtur, ut facile suspicari liceat, hunc hominem ante quindecim annos, non sine causa Regiomonte pulsum a domino ducis fuisse. Qui cum ante biennium bis puer factus esse nobis renunciaretur quorum opera perfectum est, ut Regiomontem praeter voluntatem illustriatibus illius revocaretur, non est adeo difficile

lis conjectura. Quodq; magis animum nostrum offendit, ho-  
mini laico episcopi nomen tribui nobis renunciatur, quod  
ex eoque tempore quintum evangelium propagari cepit, vel  
in Germania, vel quibuscumq; tandem alijs in locis, nusquam  
alibi praterquam apud vos factum esse accepimus. Cum ta-  
men et hoc satis constet illust: d: ducis aures nihil minus fer-  
re potuisse, quam ut quem suis ministris profecisset, is e-  
piscopus vocaretur, cum ubi nullum sacrificium, nullus  
est sacerdos, quin abominationi sint haec nomina, ibi nullus  
esse possit episcopus, quod satis intellexisse videntur ii, qui  
sacerdotium et sacrificium abrogarunt: itaq; quos ministris  
suis profecerunt eos aut superintendentes, aut praesides vo-  
cari voluerunt, quod nomen etiam apud vos retinebatur quo-  
ad illust: d: dux firmiore fuit valetudine. Iterum hortamur  
Ill: vestras ut ita se gerant, ne videri possint, hac tam  
affecta et state et valetudine illust: sui principis abuti vel-  
le, etsi nullum fabularum harum authorem alium pro-  
ter Martinum hunc reperire poterint, cum isthinc ejiciat  
primo quoq; tempore: tm autem inventus alius fuerit quam  
vis hic homo valde seditiosus esse dicatur, hactenus tamen  
a Ill: vestris tolerari poterit, quatenus ab inquietis  
istis consilijs sibi temperaverit, verum sicut nemo ei no-  
men episcopi tribuere, sed nec ipse vindicare illud audeat  
nisi forte per pontificem Romanum fuerit approbatus.